Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



interpretatur. predicatio euglii figuratur. que
sagitta luminis illius efficitur. quo mundus illu
minatur. per quam ascensio in celestis ierlm atri
um paratur. Non sum inquit missus nisi ad oues
que perierunt domus isrl. Balassor iuxta effra
ym esse memoratur. quia predicatio euglii. doc
trina uetis testamenti comitatur. quod illi effra
ym creditum erat. qui quasi panis subcinericius
non reuersatur. Absalon omnes filios regis uocat.
dum ppls iudaicus pro parte eorum. qui ipsius ppli
filii. predicatores xpi sunt facti. filios dei qui erant
in mundo dispersi. predicatione euglii. ad
dei cognitionem inuitat. Uenit ad regem
xpm. pro parte suorum fideliu. et ait ad eum.
per fidei et dilectionis affectum. Ecce oues ser
ui tui tondentur. ecce fideles mei qui sunt
serui tui. per fidem tuam et per baptismi gratiam
a peccatis exonerantur. Ueniat oro rex cum
seruis suis. ad seruum suum. Quia me o fili dei
seruum tuum recognosco. et seruos meos in gen
tilitate positos. per tui nominis noticiam
ad me transire exopto. ut fiat unum ouile
et unus grex de duobus ppls. et tu unus pastor.
et uerus deus habearis. Dixerunt hoc sci apli.
ipsius ppli filii. Dixitque rex ad absalon
Noli fili mi. noli rogare. ut ueniamus omnes et gra
uemus te. Dicit filius dei ad pplm iudaicum.
respondens deuotioni suorum. qui erant in eo
fideliu. Noli propter meam passionem. que ad tui
ppli pueniet excecationem. noli propter legis
tue destructionem. que per euglii mei contingit
predicationem. rogare gentium saluationem.
Ut ueniamus omnes et grauemus te. quia tamen te repul
sione tua grauabimus. cum ego et fideles mei qui
sunt in gentibus. cum nos omnes in gratiam uenerimus.
Sequitur. Cum autem cogeret eum et noluis
set ire. benedixit ei. Coegit xpm ppls
iudaicus. pro parte fideliu qui in eo erant.
orans eum ad se per fidei sue gratiam uenire. nolu
it xpc pro parte eorum. qui per infidelitatem perditionis
filii erant ad eum ire. Benedixit ei. dans illis qui per fidem in
eo ecclesie erant filii. benedictionem spc sci. Et ait absa
lon. Si non uis uenire. ueniat obsecro nobiscum
saltem amon frater meus. Dicit ppls iudaicus ad
xpm. pro parte piorum. qui in ipso pplo erant fide
liu. Si non uis uenire. si sanguinis tui redemptio
nem. toti nostre genti non dignaris impendere. ue
niat obsecro nobiscum. ad tue fidei mysteriu.
saltem amon frater meus. ordo sacerdotalis et pha
risaicus. quia ipse est primogenitus. Dixitque ad
eum rex. Non est necesse. ut eat tecum. Dicit xpc
ad pplm iudaicum. respondens desiderio et peti
cioni suorum fideliu. Non est necesse ut eat tecum.
qui non uult esse mecum. qui per impietatis sue propositum.
tale dedit de me uaticinium. Expedit ut unus
homo moriatur pro pplo. et non tota gens pereat.
Coegit itaque eum absalon. et dimisit cum eo
amon. et uniuersos filios regis. Coegit xpm
cetus ille iudaici ppli fideliu. et dimisit cum eo
ad sue fidei participium. amon primogenitum. or
dinem sacerdotum uel pharisaicum. Erat enim inquit ho
mo ex phariseis. nichodemus nomine. qui uenit ad
ihm nocte. et multa turba sacerdotum obedie
bat fidei. Et uniuersos filios regis. uniuersos qui
de ipso erant pplo. predicatores euglice uerita
tis. Fecitque absalon cum uiuium. quasi cum uiuium regis.
Habuit ppls iudaicus in parte fideliu. quasi regis
cum uiuium. comedens legis epulum. bibens mustum
malagranatorum. calicem preclarum. psalmorum et prophetarum.
Sequitur. Preceperat autem absalon pueris dicens.
Obseruate cum temulentus fuerit amon a uino.
et dixero uobis percutite eum et interficite. Nolite
timere. Ego enim sum qui precipio uobis. Roborami
ni. et estote uiri fortes. Sic plerumque in sacra
scriptura pro specie genus ponitur. ita non nunquam per ge
nus species exprimitur. quod et in hoc loco ostenditur.
Per absalon qui ppli iudaici typum exequitur. species
ipsius ppli. ordo patriarcharum et prophetarum. hic exprimitur.
Ordo ille patriarcharum et prophetarum ab anti
quo preuiderat mysteriu dominice passionis. et ideo